

mo rursibile unde h3 veritates de passionibus totius contineantur primo in ratione totius veritates tamen de passionibus partium totius non continentur primo in ratione totius: sed primo in rationibus partium totius. Si dicatur q rationes specieru continetur potentialiter in genere et per consequens veritates que reducuntur ad specificas rationes videntur contineri potentialiter in ratione generis licet non virtualiter contra. Tunc subiectum no omnes veritates virtualiter continebit alias cognito genere posset cognosci omnis proprietates specierum sine quocunq; alio. Item si rationes specificas continentur potentialiter in genere ratio generis no continebit primo veritates passionum sed secundo et in qdum continet proprias rationes earum. Item subiectum secundum est continet predicatum propositionis immediate ergo subiectum continebit sua principia in virtute q; aliquando definitio predicatur de subiecto s; nullu prius continetur virtualiter a posteriore.

¶ Secundo Tunc sola scientia propter quid haberet subiectum vel obiectum (vno enim pro alio indifferenter videtur) quia proportio subiecti continens virtualiter omnes veritates habitus ad ipsum habitum est sicut proportio effectus ad causam sed in sola scientia propter quid subiectum causat habitum quia in scientia quia si subiectum causaret habitum esset scientia a priori unde in scientia quia effectus et signa ducunt in oem veritatem et totu habitum virtualiter et tunc ista no sunt facta. Item tunc secundum primum geometriae non est vnu s; multa q; eunt multa continentia primo virtualiter aliis veritates sicut ratio trianguli est pars geometriae q; est de triangulis et ratio circuli pars q; est de circulis. Hec valet dicere geometriae non esse scientiam vna specie s; generis tamen et esse totu habitum specificos in geometria q; sunt species vt supra dictu est. Item tunc per noticiam dei q; h3 ei passio posset cognosci absq; alterius rei noticia et videndo sole posset cognosci per hoc solu q; est eclipsibilis et calefactus absq; noticia alterius et q; est annihilabilis q; hoc est primo virtualiter continere et sic videndo reubarbaru cognoscere q; est sanatiu colere.

¶ Notandū propterea q; quidam ponunt subiectum scientie esse terminu quod dicitur subiecti in principali conclusione totius scientie sed tunc queritur unde habet ex natura rei vna conclusio q; sit principalior altera in tota scientia. Item arguunt contra scotum quia secundum eum subiectum in logica nichil virtualiter continet cum secunde intentiones nichil contineat virtualiter neq; in esse reali neq; in esse cognito quia producere est actus entis realis qui non potest competere alicui nisi existat.

¶ Sed contra hanc opinionem posset sic obici Subiectum debet esse primo cognitum in scientia sed terminus non primo cognoscitur nec de ipso videtur presupponi quid est et q; est sed potius de re significata igitur. Secundum patet quia sequeretur q; quilibet actu sciens actu apprehenderet terminos et reflecteretur super suum actum sed sepe contingit q; demonstrans format conclusionem et subiectum eius sine tali reflexione maxime quando res ipsa intuitive cognoscitur et eodem modo arguitur q; ipsa propositio non est principale obiectum. Item propositio mentalis secundum istos scitur et tamen secundum multos non habet subiectum: sed est simplex qualitas igitur.

¶ Dicunt alij q; subiectum scientie est res per ter-

minum significata et sic subiectum potest alio modo dici obiectum vel secundum modum significandi est per obiecti vt h3 est subiectum huius scientie quia scio omnem hominem esse rursibile s; hoc totum omnem hominem esse rursibilem est obiectum totale. Et si queratur que res est illud obiectum totale scientie. Respondet gregori de arimino in prologo. l. q. i. q; istud obiectum totale est significatum totale conclusionis. Et si queratur. an sit res aliqua et si sic an sit ens reale vel ens rationis vel potius vnum nichil. Si sit res extra animam ergo res extra animam erit obiectum scientie. Item illud obiectum totale quod vocat complexum significabile vel est eternum vel necessarium vel contingens. Respondet ad primum. q; hoc nomen aliquid ens et res possunt tripliciter capi. Primo communissime. secundum quod omne significabile complexum vel in complexum vere vel false dicitur res et aliquid et sic loquitur philosophus dicendo q; dum res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa vt homo est asinus dicitur falsa. Non quia homo non est sed quia homo non asinus. Secundo sumitur pro omni significabili complexum vel in complexum per enunciationem veram et sic falsum dicitur non ens. tertio sumitur per entitatem existente. Primo modo complexum significabile est aliquid et secundo modo sed non tertio. vt hominem esse animal non est aliquid sed est hominem esse substantiam animatam sensibilem. Deinde dicit q; hominem esse animal est nichil sicut philosophus dicit quarto metha. q; non ens est non ens sumendo nichil oppositum ad aliquid tertio modo. Et sic nichil est obiectum scientie capiendum nichil infinitanter. Et iste entitates possunt dici alio modo eterne. ad hunc sensum quia non contingit non sic esse. Et si queratur quid est ipsa enunciatio significans tale complexum significabile. Respondet in articulo tertio q; ipsa enunciatio mentalis ultimata est ipse assensus de sic esse sicut ipsa significat unde idem actus est conclusio noticia et assensus. Insuper idem est dissensus et assensus respectu diuersorum unde assensus vnius contradictorius est dissensus sui contradictorius.

¶ Contra hanc opinionem arguitur. Primo quia ipse in primo articulo dicit q; vbi assensus non est noticia nec causatur ex noticia obiecti sicut est de assensu fidei ibi est necessaria propositio vt significetur nobis cui assensum debeamus. Hec ille vbi patet q; non idem sunt propositio noticia et assensus unde fides cum sit virtus theologica habet pro obiecto immediato ipsum deum et non complexum significabile videtur esse difficile q; habeamus complexum significabile pro obiecto nostre scientie et tamen habentes scientiam ignoremus illud vel dubitemus q; secundum eum de eodem obiecto non habetur scientia et opinio s; de complexum significabilibus omnibus habet opinio. Item illo primo modo chimera posset dici aliquid q; est significabilis vere vel false. Sed probo q; non secundum eam expositio. Hec chimera est hoc aliquid et hec chimera est hoc aliquid ergo hec chimera est chimera. forte dicitis q; in maiori chimera amplius ad imaginabilia. Contra tunc hec esset vera chimera est aliquid et deus. quia illud quod imaginariu est chimera est aliquid et deus. per et idem probaretur q; hec esset vera hominem esse asinum est res que est deus sic capiendum rem. Item secundum eum hominem esse asinum esset hominem esse animal q; dicit q; hominem esse animal est hominem esse substantiam. S; contra. Tunc hominem esse animal esset falsum quia hoc